COMMENTARIA
IN ARISTOTELIS LOGICAM
EX DOCTRINA SAPIENTISSIMI MAGISTRI Fr. DOMINICI de Soto Ordinis Prædicatorum deſumpta.

... Fratrem Coſmam de Lerma eiuſdem Ordinis ſacræ Theologiæ Præſentatum, & apud ſanctæ Inquiſitionis Senatum ex Officio Cenſorem.

Anno 1642.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LIBER PRIMVS DE PROOEMIALIBVS.

LOGICÆ.

CVM ad quamlibet ſciẽtiã quæſtiones aliquas oporteat præmittere proœmiales, [illegible] merito ad Logicam præmittit ſapientiſſimus Magiſter Soto. Quas etiam & nos, ſicut & in omnibus aliis, doctrinam explicantes in hoc primo libro maiori, qua potuerimus diſtinctione, & claritate diſputare conabimur. Et ea quæ aliquando ſapientiſſimus Magiſter unica quæſtione per diuerſarum concluſionum diſtinctionem perſtringit, maioris claritatis cauſa diuerſis quæſtionibus explicabimus.

QVÆSTIO I.

Vtrùm Logica ſit hominibus ratione eorum propriæ formæ neceſſaria?

CVM Logica à Græco nomine *Logos*, quod ſermonem ſignificat, deriuetur, ſcientia ſeu ars dicitur ſermocinandi: & vt ſic Grammaticam etiam, Rhetoricam amplectitur, & poeſim. Sed de illa nũc loqui[illegible] magis ſtricte, vt à prædictis artibus conciſtincta, & vt refert Iſidor. 2. ethimologiarum, eſt ſcientia diffiniendi, inquirendi, & diſſerendi, docens verum à falſo diiudicare. Poteſtque Logica ſic accepta in naturalem diuidi, & artificialem: naturalis Logica eſt quædam poteſtas intellectus ad inquirendum, & aliqualiter diſſerendum, quantum naturale [illegible] [illegible] tamen non exc[illegible] artificialis autem Logica eſt habitus quidam acquiſitus ad artificioſe [illegible]andum, & diſſerendum, & omnia quæ ad demonſtrationem eiuſque proprietates